

RXVI & 13 in-40

A finera ema reference descentingificant fenerging Control of Sandan Sandan Sand Town Control Onland confero que que acorresteo. Numeralis quot frances, condem periore foreres, Acquest, to desente y vaque turba agas.
La ego qual vinis pana tricianda refermor:

Cortana Cantenar na hindis agan?. Presidence See anondous centesimo inche infelix vino fratre manente cadam. Ann h qua pue, Lone, est ribi cura fonoris, One yes ubstribut munera duents habes: Eller overs, relacidences, definitelaque vita Corpora furrinis insuper adde rugis. Is lepelitachrywis perfula sidelibus assa. Senting que por vious nofera sepoleena breuix Exalt Typermelbra, prienam pictaris iniquims: Quan moriem frairi deputus, ipfa rulit. there into their fed pordone lassing attend If a saw or vires hearthingle teneral FINIS:

L. AN. SENECAE

AD GALIONEM DE REmediis fortuitorum, Est oratio per dialogum sensus & rationis,



PARISIIS.

E typographia Ioannis Gueullartii, ad Phænicem, è regione collegii Remensis.

1 5 5 2.

AN. SENECAE AD GHIJONEM DEREmedia fortuirorum, Eftorano per dialogum fenfus & rationis,



PARISIIC

E sypographia Ioannis Gueullarrij, ad Phanicem, è regione collegij Remonsti.

1 5 5 2.

23 L. Annei Senecæad

diis fortuitorum. Est oratio per dialogum sensus & rationis.

I CET cunctorum poetarum carmina gremiű tuű féper illustrét, ali quando deliberans, hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus dirigere curaui, quod non præcedétes, sed posteri narrabunt. Vnde ergo primum incipimus?. Si tibi videtur à morte. Ab vltimo, inquis, immò à maximo. Ad hoc præcipue gens humana cotremit, nec immerito tibi videtur hoc facere. Cæteritimores habent aliquem post se locu, mors omnia abcidit. Alia nos torquent, mors omnia deuorat. Omnium que horremus ad hanc exitus spectat alioru, que per circuitum. Etia qui alioqui senihil rimere iudicant, hoc timent. Quicquid aliud extimescimus, habet aut remedium, aut solatium. Si ergo fortuna, aut aliquis palam morté tibi minetur, omnes terriculas eius deludas. Morieris, Ista ho minis natura est, nó poena. Morieris, Hac có ditione intraui, vt exirem. Morieris, Gentiu ius est, quod acceperis reddere. Morieris, Peregrinatio est vita. Multa cu deambulaueris,

A

demum redeundum est. Morieris, Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies adducut. Nascēti mihi na tura protinus hűc posuit terminum. Quid ha beo, quod indigner? In hæc verba iuraui. Morieris, Stultű est timere, quod vitare no possis. Istud no effugit, etia qui distulit. Morieris, Nec primus, nec vltimus. Multi me antecesserunt, omnes sequétur. Morieris, Hic est humani offi cii finis. Quis senex exautorari moleste tulit? Quò transit orbis, ego transibo. Quid ergo? nescio me esse animal rationale & mortale? Ad hanc conditione cuncta gignutur. Quod coepit, & desinit. Morieris, Nihil graue est, quod semel est. Alienum nihil noui. Hocequidem cu eo creditore cotraxi, de quo queri non possum. Morieris, Dii melius. Nemo hac re melius mortalibus minari potest. Sed decollaberis, Quid interest vtrum cesim moriar an punctim? Sed sæpe ferieris, & multi in te gladii concurrent, Quid refert quam multa sint vulnera? Non potest amplius quam vnű esse mortiferum, Peregre morieris, Vndecunque ad inferos vna via est. Peregre morie ris, Ego quod debeo, soluere paratus sum, Videat scenerator voi me appellet, Peregre morieris, Nulla terra est aliena mortuo. Pere gre morieris, Non est grauior foris quam do

mi somnus. Peregre morieris, Hoc est, in pa triam sine viatico peruenire. Sed iuuenis morieris, Optimum est antequam optes mori. luuenis morieris, Hoc vnum est quod æque tam ad iuuenem quam ad senem pertinet. Non citamur ex censu, nec exigitur nu merus annorum. Et adolescentes & impuberes eadem fati necessitas ducit. Optimum est mori, cum iuuat uiuere. Iuuenis morieris. Quicunque ad extremum fati sui venit, senex moritur. Non enim refert quæ sit hominis æ tas, sed quæsit meta. Iuuenis morieris, fortal se alicui malo subducit me fortuna, si nulli alii, certè vel senectuti. Iuuenis morieris, Non refert quot annos habeam, sed quot acceperim: si plus viuere non possum, hec est senectus mea. Insepultus iacebis. Quid aliud refpondeam, quam illud Maronis, Facilis iactura sepulchri. Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis insepulti, Si sentio, omnis sepultura tormentum est. Insepultus iacebis. Cœlo tegitur, qui non habet vrnam. Quid in terest ignis me an fera consumat, an tempus o nium sepultura. Istud, non sentienti, superua cuum est, sentienti onus. Insepultus iacebis. At tu combustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu euisceratus & constrictus, at tra ditus lapidi, qui te paulatim edat & exiccet. A iii.

Nulla est sepultura, non sepelimur, sed proiicimur. Non sepelieris. Quid inter tutissima trepidas? Vltra pœnarum omnium termi num iste locus est. Vitæ multa debemus, mor ti nihil. Non defunctorum causa, sed viuo rum inuenta est sepultura: ut corpora & visu & odorefæda amouerentur, alios terra obruit, alios flamma consumpsit, alios lapis ossa reddi turus inclusit: Non defunctis, sed nostris oculis parcimus. AEgroto, venit tempus, quo experimentum mei caperem. Non in maritatum, aut in prelio vir fortis apparet. Exhibetur etiam in lectulo uirtus. Aegroto. Non potes istud toto seculo fieri. Aut ego febré relinqua, aut ipsa me, Semper vna esse non possumus Cum morbo mihi res est, aut vincetur, aut vi cet. Male de te opinantur homines. Sed mali. Mouerer, si de me Marcus Cato, si Lelius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones, ista loquerentur. Nunc malis displicere laudari est. Non potest vllam autoritatem habere sententia, vbi qui damnandus est, malè de te loquitur. Malè de te loquuntur. Mouerer, si iudicio hoc facerent, nunc morbo faciunt. Non de me loquuntur sed de se. Male de te loquuntur. Be ne nesciunt loqui, qui faciunt, no quod mereor, sed quod solent. Quibusda eni canibus sic innatum est, vt non pro seritate, sed pro consue

tudine latrent, Exulabis, Erras, cum om niafecerim, patria mea transire non possum. Omnium vna est, Extra hanc nemo proficisci potest. Exulabis, Non patria mihi interdicitur sed locus. In quacunque terram venio, in mea venio. Nulla terra exilium est, sed altera patria est. Non eris in patria. Patria est, vbicunque bene est. Illud autem per quod bene est, in homine, non in loco est, In ipsius potestate est, quid sit illi fortuna. Si enim sapiens est, peregrinatur. Si stultus, exulat, Exulabis . Hoc dicis, alterius loci ciuitate donaberis. Dolor imminet, Si exiguus est, feramus. Leuis enim est patientia. Si grauis est, feramus. Non leuis est gloria. Dolor clamorem exprimit. dum se creta non exprimat. Non potest homo par do lori esse. nec rationidolor. Dura res est dolor, imò tu mollis. Pauci doloré ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles natura sumus. Naturam infamare nolite, illa nos forteis genuit. Fugiamus dolorem. Quid? Quod ille sequitur fugientes? Paupertas mihi grauis est, immò tu grauior paupertati. Non in paupertate vitiú est, sed in paupere. Illa expedita est, hilaris, tuta Pauper sum. Nescis te opinione, non re laborare. Pauper es, quia videris. Paupersum. Nihil deest auibus. Pecora in diem viuunt, ferisad alimenta solitudo sua sufficit. Accepit il A 111

le grandem pecuniam, absque dubio superbia accepit.

Non sum potens. Gaude, quia impotens non eris. Iniuriam accipere potero. Gaude, quia facere non poteris. Magnam pecuniam habet. Homi nem illum iudicas s'arca est. Quis erario, quis pleni loculis inuidet Et iste quem dominu pe cunia assimas, pecunie loculus est. Multum habet. Vtrum auarus, aut prodigus est Si auarus, non habet: Si prodigus, non habebit. Iste quem beatum credis, sape dolet, sape suspirat. Multi illum comitantur. Mel muscese quuntur, cadauera lupi, frumenta formica. Prædam sequitur ista turba, non hominem.

Pecuniam perdidi, sed habuisti. Pecuniam per didi, sed habebis inde periculi minus, recunia perdidi, o te sedicem, si cum illa auaritiam perdidisti. Sed si manet illa apud te, es tamen vtcunque sedicior, quòd tanto malo materia subducta est. Perdidi pecuniam, & illa quidem quàm multos. Eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis here dem. Exonerauit te fortuna si intelligis, & tutiore loco posuit. Damnum putas, remedium est. Desles, gemis, miserum te clamitas, quòd opibus excusus es. Tuo vitio ista tibi iactura ta trastis est. non tam moleste ferres, si tanquam

perditurus habuisses. Perdidisti pecunia, nempe quam vt tu haberes, alius ante perdiderat.

Oculos perdidi. habet & nox suas voluptates. Oculos perdidi. Quam multis cupiditatibus via incisa est, quam multis rebus carebis, quas ne videres, vel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiæ esse cæcitatem. Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat, huic vrbem, & mala omnia. Certè irritamenta sunt vitiorum, ducésque scelerum. Amissti liberos. Stultus es, qui defleas mortem mortalium. Quid istud aut nouum, aut mirum est? Quam rara est sine isto casu domus. Quid si infœlicem voces arborem, à qua stante ipsa, cadunt poma? Et hic tuus fructus est. Nemo extra ictum vulneris positus est. Ducutur ex plebeia domo immatura funera, ducuntur & ex regia. Non est idem ordo fati, qui & ætatis. Non, quomodo quisq; venit, emittitur. Quid inde est quod indigneris? Quid contra expectationem tua euenit? Periere perituri. Sed ego illos superstites. optabam. Venim hoc nemo tibi promiserat. Perierunt liberi mei. Habebant illi cuius essent magis quam tui, apud te precario morabantur. Educandos tibi fortuna mandauerat, recepit il los, non abstulit. Naufragium feci. Cogita non quid perdideris, led quod euaseris. Nudus

B

exii, Sed existi, Omnia perdidi, Sed perire potuisti vna cum omnibus. In latrones incidi. Sed alius in accusatores, alius in fures, alius in fraudatores. Plena est insidiis via. Noli coqueri quòd incideris, verű gaude quòd euaseris, Inimicos graueis habeo. Quomodo aduersus feras munimenta conquiris, quomodo aduersus ser pentes, sic aduersus inimicos auxilia circunspice, quibus illos aut arceas, aut compescas, aut, quod optimű est, places. Inimicos habeo, Illud est peius, quod amicos non habeas. Amicum perdidi, sam eum te habuisse certum est. Amicum perdidi. Alium quære, & ibi eum quæras, vbi inuenire possis. Quere inter liberales arteis, inter honesta & recta officia, quære in laboribus. Ad mensam ista res non quæritur, quære aliquem frugi, Perdidi amicu. Fortem animum habe si vnum, erubesce si vnicum: quid tu in tanta tempestate ad vnam anchoram stabas?

Vxorem bonam amisi. Vtrum inueneras bo nam, an seceras? Si inueneras, habere adhuc te posse ex hoc intelligas licet, quòd habuisti. Si seceras, bene spera Res periit, saluus est artisex. Amisi vxorem bonam. Quid in illa probabas? Pudicitiam? Quam multæ diu custoditam perdidere. Decus Quam multæ inter probatas ma tronalis ordinis esse cæperunt, postea inter exempla naturaru. Delectabat te sides eius? Qua-

multas ex optimis coniugibus pessimas videmus, ex diligentissimis solutissimas. Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris in lubrico est. Si bonam vxorem habuisti, non potes affirmare in illo eam permansuram fuisse proposito. Nihil ta mobile quam fæminarum voluntas, nihil tam vagum. Nouimus veterum matrimoniorum repudia, & foediores diuortio, malè cohærétium rixas. Quámultæ quos in adolescentia amauerut in communi reliquere senectute, quoties anile diuortium risimus, quam multaru notus amor odio notiore mutatus est. Sed hæc & fuit bona & fuisset, si vixisset. Mors effecit, vt affirmare sine periculo possis, Bonam vxorem amisi. Inuenies si nihil quæris, nisi bonam, dummodo ne imagines, proauósq; respexeris, nec patrimonium cui iam ipsa nobilitas cessit. Ista diu cum forma non repugnabunt. Faciliùs reges animum, nulla vanitate tumentem. Non multu abest à contemptu viri, quæ se nimis suspicit. Duc bene institutam, nec maternis inquinatam vitiis. Non cuius auriculis vtrinque bina patrimonia depedent. Non quam margaritæ suffocent, cui minus sit in dote quam in veste, quam in patente fella circunlatam per vrbem populus ab omni parte æquè, vt maritus inspexerit, cuius sarcinis domus non sit angusta. Hac facile ad tuos mo-

Bii

res rediges, quam nondum corruperunt publicicorruptores. V xorem bonam amisi. Nó erubescis flere, & intolerabilem vocare iacturam. Hoc vnum deest, vtrum illam lugeas, an non. Cum maritum te cogitaueris, cogita & virum. Amisi vxorem bonam. Soror bona non potest recuperari, nec mater. Vxor aduenticium bonum est. Non est inter illa quæ semel vnicuiq; contingunt. Amisi vxorem bonam. Multos tibi numerare possum, quibus bonam vxorem lugentibus successit melior. Mors, exilium, lu Etus, dolor, non sunt supplicia, sed tributa viuédi. Neminem illæsum fata transmittunt Fœlix est, non qui aliis videtur, sed qui sibi. Videas au té quam domi sit ista scelicitas rara. Vicina est miseriæ, habet en in aliquid, trahítque ex ea, giars, promotes respective, necesarimonium

gard mus mb FINd Spiliden algimains nonrepugnábane Hacihils reges animum, nullavaminate tumentem. Non multif abelt à contemptuviri, que se nimis suspicir. Due bene inthintam, ned maternis inquinatam vitiis. Non cuius auriculis verinque bina patrimonia depedent Non quain marganite suffocent, cui minas frein dote quamin vefte, quam in parente tella circundatam per vebem copulus abomni parte acque, ve manicus inspexerie, cuius farcinis domus norrhis augusta. Hac facile ad mos mo-

Lastrania de son de la lastrania de la contracta de la contrac Simple for med pourougue new pirone ille pine of the gifter surface to some proposent out she proposent De Reus Course - non gold raw pondo and promotion to the plate of and promotion of the plate of the promotion of the plate of the promotion of the power of the promotion of the power of the promotion of the power of the p Atrolle of order forms fitan Syntofa que ripiguar amino de for mon hopor Builer Durant Por to oge to have for point and a riding layout aprive a noise Line po queta grande for gazint agai contribor to mind to out the traffer of the form o